



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Vigesimoqvaro.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-3333**

omnium moralium qui in terris vivere potest. Sed seipsum recognoscant ut seruos dei, largitoris eiusmodi honoris, ad seruendum deo & proximo. Non aliter, q̄ si eis commisser aliquod aut reos suo nomine pauperibus distribuendos. Ita dixit Math. 5. Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum qui in cœlis est. Non dicit, ut glorifacent vos, sed vestra opera, ipsi tantum ad meliorem frugem & utilitatem seruant, ut per hoc deum in vobis & in seipsum laudent. Hic enim verus est unus boni nominis & honoris, quādo deus his laudatur cum aliorum virilitate. Hominibus vero voluntibus nos ipsos, & non deum in nobis laudare, ne patiamur, sed id omnibus viribus deprecemur, & fugiamus, ut grauiissimum omnium peccatorum, & furum honoris diuini.

## VIGESIMOQ VARTO.

Quomodo  
etiam p pec-  
cata humili-  
emur.

Hincfit, ut sepa numero permittente deo, homo in grauis incidat peccata, vel ipsis iniolutius iaceat, ut tam eorum se ipso q̄ alijs infamis fiat, alioquin minime pr̄ hoc tā immanni vitio inanis honoris & nominis saluus futurus, si in magnis muneribus & virtutibus steriles. Deum enim oportet huic peccato alijs gravibus peccatis occurrere, ut sanctum eius nomine in honore maneat. Ita unum peccatum alterius sit remedium & medicina, pp̄ter nostram pertueram malitiam, non solū omnia facientem mala, sed etiam omnibus bonis abutentem. Nunc vide quantū sit homini negotiorum, volenti bona facere opera, ipsius manibus semper magno cumulo occurrentia, quibus eū sit supatus, proh dolor ea per coecitatem sinit facere, alia pro suo arbitrio & volūtate requirens & sequens, ita, ut nemo satis contra hoc loqui, nemō satis hoc vitare possit. Cum hoc omnibus prophetis fuit negotium, qui omnes ob id trucidati sunt, tñ quod eiusmodi opera electitia, & vltro suscepit & excogitata rejicientes & damnantes dei precepta dumtaxat predicarent. E quibus Hieremias dicit. c. 7. Hęc dicit dominus exercituum deus Israel. Holocaustomata vestra addite victimis vestris & conmedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris & non precepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustatum & victimarū, sed hoc verbū precepi eis, dicens. Audite vocem meam, & ero vobis deus, & eritis vos mihi populus. Hoc est, audite nō quod vobis rectū & iustum viderur, sed quod ego vobis impero, & ambulate ī omni via quam ego mandauī vobis, ut bene sit vobis. Et Deutero. 12. Quod principio tibi hoc tantum facito, dño, nec addas quicquam, nec minus. Haec & eiusmodi innuerables

sententiae

sententiae scripturæ, dictæ sunt ad auellendum hominem non solum a peccatis, sed etiā ab operibus ipsorum opinione bonis & iustis, & tantum adducendum eos simplici mente ad dei precepta, ut ex sola semper sola summa opere carent & obseruent, vt est Exodi, 13. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monitum ante oculos tuos, vt lex domini semper sit in ore tuo. Et psal. 1. Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Nā nobis sat, & plusq; satis est occupationum, satis factoris dei præceptis. Dedit em nobis eiusmodi præcepta, quæ si intelligeremus, certe ne momento quidem ociali possemus, omnium aliorum operum facile oblitii. Verum malus spiritus, qui non quiescit, dum non potest nos ad sinistrā in mala trahere opera, respicit dextrum ad electricia speciosa bona opera, contra quæ deus præcepit. Deu. 28. Iosue. 2, 3. Tm̄ confortamini & estoate solicti, vt custodias cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Mosi, & nō declinetis ab eis, necq; ad dexteram, necq; ad sinistram.

## VIGESIMOQ VINTO.

¶ Tertiū opus hui⁹ præcepti est, dei nomē inuocare in omnibus calamitatibus. Nam hoc iudicat deus nomen suum sanctificauit, & magni factum & cultum, si ipsum nominemus & inuocem⁹ in persecutionib⁹ & necessitatibus. Est enī breuiter hęc causa, quare nobis multis necessitates, passiones, persecutioes, & mortem etiam infligit sed & in multis nos malis peccatricib⁹ affecti onibus viuere permittit, vt per eas hominem impellat ad currēdum ad deum, clamandum, nomē eius sanctum inuocandum, & ita ad implendum hoc opus secundi præcepti. Ut dixit Psal. xlix. Inuoca me in die tribulationis, eruā te, & honorificabis me. Immola deo sacrificium laudis, & honorificabis me. Atq; hęc est via qua possis venire ad salutem. Nam per hoc opus homo intelligit & experitur quid dei nomen sit, & quam potens & efficax sit adiuuandi inuocantibus idipsum. Per quod nascitur mirum immodum fiducia & fides, qua primum & summum præceptum impletur. Quod expertus David dixit psal. 43. Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est. Qm̄ ex omni tribulatione eripiuit me, & super initios meos despexit oculus meus. Et psal. xc. ait deus, Quoniam in me sperauit liberabo eū, protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. Ergo nunc vide quisnam hominum in terra tota vita sua nō satis habet negoti vel in hoc uno operi. Quis enim etiam horæ spacio careat tentationibus? Ut præterea interim tentationes calamitatum quæ sunt infinitæ. Ad hęc pericula

Cœci p ope  
rib⁹ a deo p  
ceptis, nřa e  
lectricia opus  
cula facim⁹.

Quę laus nō  
minis dei, &  
summū cul-  
tus. Inuoca-  
re eū in tribu-  
lauone.

D.